2. mars 1717:

Decretum.

Feriâ IV. Die 17. februarii 1717.

Sacra congregatio Eminentissimorum, et reverendissimorum DD. S.R.C. Cardinalium in totâ Republicâ Cristianâ generalium Inquisitorum habita in Conventu Santæ Mariæ super Mineruam: attento, quod nuper non sine magno Christifidelium scandalo in lucem prodierint quidam Libelli, Epistolæ, aliaque folia gallico Idiomate conscripta, mole quidem exigua, sed abundantiâ malitiæ deterrima sub infrascriptis tabulis

Primum: Lettre de m. Moulin curé de Barils, doyenné de l'Aigle, du dioceze d'Evreux Ecrite a Mgr l'Eveque d'Evreux le 28 decembre 1716.= cum subscriptione= Moulin= sine loco Impressionis et nomine Impressoris.

Item: Lettre de m. Barbault curé de Bovillant, dioceze de Senlis Ecritte a Monseigneur l'Eveque

de Senlis au mois de Novembre 1716 = cum Subscriptione Barbault = Sine Loco Impressionis, et nomine Impressoris.

Secundum: Retractations du chapitre de Nevers, et des curés d'Evreux, de Nevers, et de Toulon de la publication de la bulle Unigenitus = 1716. Sine loco Impressionis Et nomine Impressoris: In quo continentur folia Sequentia: Videlicet = coppie de la Lettre de Messieurs les curés de Saint Estienne et de Ste Foy de Conches presentée a Monseigneur l'Evêque d'Evreux le 24 Novembre 1716 = cum Inscriptione Dehovetteville curé de St Estienne de Conches: Rignier curé de Ste Foy de Conches.

Deliberation du chapitre de Nevers: quod Incipit = Cejourdhuy 13 Novembre plusieurs de Messieurs ont representé au chapitre = Et desinit = qui demandent publiquement pardon a leurs parroissiens et a leurs Evêques d'avoir publiés la constitution.

Interrogatoires faits le Seize octobre 1716 a M. Begue curé de la parroisse de St Louis de Toulon par le Vicegerent a la requête du promoteur au Sujet

de la retractation de la publication de la constitution Unigenitus =

Coppie de la lettre de messieurs les Curés de Nevers a Monseigneur le Cardinal de Noailles = cum Subscriptione = Jean Gilbert curé de Saint Trohé docteur en Theologie: francois flamand curé de St Leon docteur en Theologie et Syndic des curés de Nevers: Claude Camuzet curé de St pierre: Charles De Saint divier curé de St Victor: francois Vincent curé de St Estienne: Joseph Moutardier curé de Saint Lazare.

Tertium: Lettre de Monsieur De Bellaunay archidiacre; et de m. L. Martin chanoine Theologal de Séez Ecrite a m. L'Evêque de Seez au mois de Novembre ou Decembre 1716 = sur les dispositions de ce dioceze par rapport a la constitution = Unigenitus = cum Subscriptione = De Bellaunay archidiacre de Corbonois: L. Martin chanoine Theologal = Sine loco Impressionis, et nomine Impressoris.

Quartum: Lettre Ecrite a Monseigneur L'archevêque de

Roüen par Messieurs les curez d'Ennecourt-Leage, de Jammericourt: de Tourly: de Lattainville: de Notre dame de Liencourt: de Laillerie: de Senot; de Serifontaine, di Flavacourt doyenné de Chaumont, vicariat de Pontoize au Sujet de la constitution Unigenitus = cum Subscriptione = Pierre Grivet curé d'Ennecourt-Leage: Jean Biot curé de Jammericourt bachelier en Theologie de la faculté de Paris: nicolas Poupart curé de Tourly; Jean charles Roffet curé de Lattainville: Jean Valée curé de Notredame de Liencourt: Jean Dubusc curé de Laillerie: Pierre hamel curé de Senot: Jean baptiste Jullien curé de Serifontaine; Jean Angot curé de Flavacourt maître ès arts de l'Université de Paris doyen de Chaumont en Vexin vicariat de Pontoize: Sine datâ, sine loco Impressionis, et nomine Impressionis.

Quintum. Lettre de Six curés de Senlis a Monseigneur l'Evêque de Senlis = quod Incipit = Il faudroit estre Insensible pour ne point prendre part aux troubles que cause dans l'Eglize la constitution = Et desinit = Nous Sommes avec Un tres profond respect =

cum Subscriptione = Dorgon curé de Baron et doyen Rural: Doutreleau curé de Daray; cogeo curé de Borest: Baré curé de Bailly et doyen rural: lefebure curé d'Versigny: vignon curé de Droiselles Sine datâ, sine loco Impressionis Et nomine Impressoris

Sextum: Lettre de M. Bizault pbre d'l'oratoire curé de fossey ecrite a Monseigneur l'archevêque de Roüen le . . . . octobre 1716 = au Sujet d'la Constitution unigenitus = cum Subscriptione = Bizault curé d'fossey = Sine loco Impressionis, et nomine Impressoris.

Septimum: Lettre ecritte a Monseigneur l'Evêque de Beauvais par M. Cambronne chanoine de Clermont = quod Incipit = ayant appris dans le public = et desinit = et un respectueux attachement = cum Subscriptione = De Cambronne chanoine d'Nôtre dame d'Clermont en Beauvaisis le 5 Novembre 1716 = Sine Loco Impressionis Et nomine Impressoris.

Octavum: Lettre des Curez de Paris et du Diocèze a Son Eminence

Monseigneur le Cardinal de Noailles le 15.e Decembre 1716 = quod Incipit = Nous Sommes trop Interresser dans la Cause que V. E. a la gloire de Soutenir = et Desinit = Nous Sommes avec le devouement le plus Tendre, le plus respectueux Et le plus Inviolable &c. Sine Subscriptione, Sine loco Impressionis, Et nomine Impressoris =

Post maturum examen Theologorum ad id Specialiter deputatorum, auditâ illorum censurâ, Eâque Sanctissimo nostro Clementi Papæ XI. relatâ, una cum Eorumdem Eminentissimorum Cardinalium votis, de mandato Santitatis Suæ libellos, Epistolas, Seu folia hujusmodi tanquam continentia assertiones, et propositiones respective falsas, piarum Aurium offensivas, Seditiosas, Scandalosas, Authoritati Santæ Sedis apostolicæ Et episcoporum præsertim Galliæ Injuriosas, præsumptuosas, Temerarias, Impias, hæreticis faventes, Erroneas, atque Etiam Schismaticas et hæreticas, et Spiritu hæretico plenas, præsentis Decreti tenore Damnat et prohibet.

Quoniam Vero In fere omnibus + Libellis, Epistolis

+ prædictis

Et foliis exprimuntur actus omnino Nefarii, et execrabiles, quibus Parochi, aliique Eclesiastici viri palam, Imo aliqui etiam pro concione Inter missarum Solemnia respective asseruntur, publicationem a Se alias factam apostolicæ constitutionis, quæ Incipit = Unigenitus Dei Filius = et obedientiam eidem constitutioni præstitam retractasse, et revocasse; de Tali publicatione et obedientiâ doluisse, poenituisse, et non Solum Universo populo, Sed (quod plane horrendum et Incredibile est) ab Ipso omnipotenti Deo veniam Implorasse; Ea que omnia a Se fieri Impellente conscientiâ, ac proinde Se In rejiciendâ eadem constitutione, Tuendis que In ea damnatis propositionibus vs que ad Effusionem Sanguinis constanter, Seu verius pertinaciter perstituras: Ideo Ut tam Indignæ rei adhuc Inter Catholicos Inauditæ memoria, quantum fieri potest aboleatur, aut Saltem non Sine perpetuâ Infamiæ notâ recoli unquam possit, Eadem Sacra Congregatio de Mandato ut Supra, præcipit, Ut omnia et Singula Supradicta folia, Epistolæ, Et Libelli In

In plateâ Santæ Mariæ Super Minervam
Die Tertiâ futuri mensis Martij eo Tempore,
quo In proximo Ejusdem Santæ Mariæ
conventu habebitur hæc Sacra congregatio,
publice per Justitiæ Ministrum comburantur.

Postremo, Cum (Sicut prædictæ Sacræ congregãoni
Innotuit) Iniquorum hominum operâ, quam
plures aliæ Ejusdem argumenti Epistolæ, In
variis Galliæ Diœcesibus, Similiter Typis Editæ
fuerint, et in dies Edantur, nec non libri,
alia que Scripta vulgentur, Inquibus
memorata S. S. D. N. Constitutio Subdole
Eluditur, temere carpitur, aut Etiam abjecto
omni pudore contemnitur et Impugnatur:
quæ non nisi ad Subversionem Simplicium,
Christifidelium Scandalum, Ipsius que tandem
Catholicæ religionis perniciem præcipué in
Galliá vergere dignoscuntur; Eadem Sacra
Congregatio Jussu Santitatis Suæ districte
Vetat, et prohibet omnibus Cristifidelibus
etiam Speciali notâ dignis; ne quis tam

Libellos, Epistolas, Et folia In hoc Decreto — Superius expressa, et damnata, quam omnes — Et quoscumque alios libros, libellos, Epistolas, — et folia tum Impressa, tum manuscripta — quocumque Idiomate et Versione Evulgata, Seu In posterum, quod Absit, Edenda et publicanda, In quibus praefata constitutio, quo= =quomodo Impetatur, Eidem que Debita ab Universis Christifidelibus obedientia Eludatur, limitetur, aut abnegetur, audeat ullo modo, et Sub quocunque praetextu Iterum Describere, — Imprimere, aut Describi, et Imprimi facere; neque apud Se retinere et legere Valeat, et praesumat Sub poena excomunicationis — per contrafacientes Ipso facto absque aliâ Declaratione Incurrendâ: Sed Illa — ordinariis locorum, aut haereticae pravitatis — Inquisitoribus, Statim et cum Effectu tradere et consignare teneatur, qui nullâ — Interpositâ Morâ ea comburant, aut — comburi faciant, ac Tandem de Eodem

Mandato Sanctitatis Suæ Declarat omnes et Singulos ejusdem generis Libros aut Scripta ad Instar librorum aut Sciptorum hæreticorum contra catholicam religionem expresse tractantium esse damnanda et prohibenda, pro ut præsentis Decreti tenore Damnat et prohibet, adeoque nullis licentiis, Seu facultatibus generalibus legendi aut retinendi quoscumque libros prohibitos contineri, nisi de ijs Specialis In Illis, et expressa mentio fiat, Die 2a. Martij 1717:

Josephus Bartolus S. Romanæ et Universalis Inquisitionis notarius.

Loco ✠ Sigilli

Die 2. Martij 1717. Supradictum decretum, affixum et publicatum fuit ad Valvas Basilicæ principis apostolorum, Palatij Sti. officij, ac in aliis locitis Solitis et consuetis

Vrbis per me Franciscum Perinum
Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

Romæ, Typis Reverendæ Cameræ
Apostolicæ MDCCXVII:

Case
Wing
folio
oZ
144
.A1
v.3
no.74

THE NEWBERRY LIBRARY